Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



163

Ihesus qui dixit. Iudex. Sicut pater suscitat mortuos et vivificat sic et filius quos vult vivificat. Neque enim pater iudicat quemquam sed iudicium omne dedit filio. ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis. quia qui audit verbum meum et credit ei qui misit me habet vitam eternam. Et in iudicium non venit sed transit a morte ad vitam. Offertorium Domine ihesu christe. Secreta. Oblata domine supplicationibus nostris pro animabus famulorum tuorum et animabus fidelium tuorum quorum hodie anima dies agitur pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis. ut eas sanctorum tuorum consortio sociare digneris cum aliis quinque precedentibus geneat

Oratio ad absolvendum. Completa quesumus domine ut animae famulorum tuorum et animabus famulorum tuorum quorum animas in confessione tua ob tuus dieu agimus hyis purgate sacramentis in dulcedine tuam pacem et requiem capiant sempiternam. Cum aliis quatuor completis supradictis

Iesu Collecta pro patre et pro matre.

Deus qui nos patrem et matrem honorare precepisti miserere istis defunctis animabus parentum meorum eorumque peccata dimittere meque eos mecum letantes gaudiis fac videre. Qui vo.